filiam appellans, quasi hæc nasceretur ab illa;
Nos vero Catholicis dogmatibus inhærentes, sacro-
sanctam Fidem Romanam matrem, securita-
tem vero Regnorum Christianitatis (tam præcla-
ra matre natam) filiam dicimus. Vel solus
doceat Constantinus, qui bonis actibus, Crucisque
divinæ adiutorio dum Imperium obtinet non
amplius Monarchiam, quam Fidem dilatavit;
Indeque securitatem diuturnam Imperio pa-
ravit. Eo tendit Ukrainæ conatus, ut obtentu
securitati publicæ separare admittantur matrem
omnium hoc est Fidem Catholicam, vocandoque Rei-
publicæ solam sine matre filiam scilicet aurea
pacis sæcula, dummodo Uniti cælo, terraque exo-
si homines, Ecclesijs, Patria, aris, focisque pellan-
tur. Ergo duo milliones Animarum S. R. E. addi-
ctarum ad instar Arrianorum pellantur Regno:
Ergo Epatus, Archimandriæ, Hegumenatus,
cunctaque Basiliana Cænobia in stabile Photia-
ni vertentur Schismatis? Fuimus quondam sub
Ser.mo Sigismundo Rege pacifici Metropoliæ
Kioviensis omniumque Episcopatuum, ac Ec-
clesiarum possessores. Manet, mansuraq. est exem-
plaris in fidem Catholicam huius Prsis Pietas
quando à Cosaccis præsentabatur ipsi Privilegium
ut subscriberet pro Metropolia Kiovien. homini
schismatico in hæc Zelosa prorupit verba =